

Reuerendissimo in cristo patri ⁊ domino domino Otto
ni dei gratia Episcopo Constantiensi ex Comitib⁹ in Sū
nenberg. Michael Cristian de Constanti. presbyter capel
lani Bertrami sese comendat. Peruisitanti mihi co
lendissime presul eos qui de Cosmographia scripserunt/
Ptholomeum/ Strabonem/ Pliniū/ Mellam/ Diodo
rum siculum/ Dyonisiū alexandrinū/ Solinū. ⁊ ceteros
plerosq; huius rei scios/ Nemo vaq; articulatus/ tanta
copia ⁊ familiaritate: Europam absoluisse videtur: q̄ Ae
neas Silvius: quem Sacer Senatus Cardinalium pa
trem patrie constituens. Pium secundum appellauit. is
eas provincias Europe que ab omnibus Cosmographis
neglugenter. vel in curia vel in sciaa preterite fuerunt: sic
argute/ copiose ⁊ ornate/ cum insertione rerum gestarum
nostre memorie descripsit/ vt si hij quos supra nominau
i reuiscerent/ palmam credo sibi darent/ Possent hec fa
cile nunc pandere ⁊ aperta in lucem exponere/ sed pauca
prefatum esse prestabat. Cetera opus ipsum expediet/ qd̄
cum aliquantulum culpa librarij mendosum extiterit. Al
bertus kunnan de Duderstat/ librorum impressor Mem
mingens ad me detulit emendandum itaq; adhibita ope
eorum quos supra nominau/ adhibita etiam quantulacū
q; in me est industria labore/ studio atq; diligentia. Hunc
libellum discussi ⁊ quo ad potui sollerter examinaui/ atq;
sic limatum paternitati vestre Reuerēdissime dico ⁊ offero
tanq; ei quem scio huic opusculo potissimū eo affici/ q; in
ipso preclara facinora principū Europeorū sub optimis
auspicijs diui Friderici Romanorum Imperatoris semper
augusti gesta continentur/ Quem. p. v. R. tanq; quoddā
celeste numen et altissimo domicilio demissum in terram
omni suo sermone veneratur.